# Gregorio XIII. Pont. Max.

Stephanus Rex Poloniae.

Teka N... 94. Ex arch. capit. Varmiensis.

Sanctissime et beatissime Pater. Post oscula beatorum pedum, et mei regni et dominiorum nostrorum commendationem. Sanctitatis Vestrae legatus, Dominus Joannes Andreas, episcopus Brittonoriensis, talem se in sua hac functione exhibuit, ut ejus praesentiam optem mihi esse diuturnam. Quo nomine Sanctitatem Vestram rogo, velit eum ea in ipsa legatione datis ad eum literis confirmare prorogareque. Faciet Sanctitas Vestra rem nobis gratissimam, pietateque sua paterna erga nos et regnum nostrum dignissimam et necessariam. Quod superest, opto Sanctitatem Vestram Deus servet Ecclesiae suae diu incolumen. Datum Vilnae, die 19. Maji, Anno Domini 1581. 25 K. g.

Ejusdem Sanctitatis Vestrae

Obsequentissimus filius.

Stephanus Rex Poloniae manu ppria.

6 [Exemplum literarum serenissimi regis Poloniae, scriptum ad Sanctissimum dominum nostrum Gregorium PP. XIII.]

Italica. Romana.